

modò fiat absque periculo pollutionis, tamen hæc limitatio non videatur necessaria, consequenter præfati ratiõs lascivi dictis conjugibus etiam cum periculo pollutionis sint liciti; dummodo absit periculum consensûs illam. Ratio fundamentalis est; quia universali ter nemo tenetur abstinere ab actu aliis sibi licito, etsi prævideat fecuturam ex eo pollutionem; modò absit periculum consensûs in illam, prout cum communi aliorum iple docet Sanchez lib. 9. Disp. 45. S. 1. orer in Theolog. Sacram. p. 4. cap. 3. §. 4. à nu. 645. & alii, apud quos de hac materia utpote Theologica, amplius vide.

66 Queritur IX. An, & quando teneantur conjuges auferre Impotentiam coeundi? præsertim an teneatur mulier arcta pati incisionem? Resp. I. Univerfali ter loquendo, tenentur tollere Impotentiam, quandocunque per media licita absque mortis, aut graviffimæ infirmitatis periculo eam tollere valent; etsi sine molestia, & gravi dolore id fieri nequeat. Sanchez lib. 7. Disp. 93. num. 32. & 34. Perez Disp. 37. f. c. 6. num. 3. & alii. Ratio est; quia, cum in tali casu Matrimonium validum fit, consequenter mutuum jus, ad corpus alterius, & copulam existat, tenetur quis non obstante quovis dolore & molestia corpus suum aptum reddere ac copulam, hoc ipso, quòd, qui tenetur ad præstandum obsequium, tenetur etiam ad removenda impedimenta præstandi obsequii. si removere potest; præsertim quando id etiam incontinentiæ, ac pollutionis periculum expolit.

Infertur proin, teneri foeminam arctam pati incisionem etiam cum gravi dolore ac molestia; dummodo judicio Medicorum absque mortis, aut graviffimæ infirmitatis periculo fieri queat; prout bene docet Sanchez loc. cit. & alii.

67 Dicitur autem notanter, si absque mortis, aut graviffimæ infirmitatis periculo potest, quòd enim cum periculo mortis auferre Impotentiam nemo teneatur, tenent omnes ex ea præcipue ratione, quia ob talem Impotentiam, si est antecedens, Matrimonium nullum est per dicta num. 5. arg. c. Fratemitatis. 6. h. t. Quòd autem neque cum graviffimæ infirmitatis periculo teneatur, tenet Sanchez loc. cit. n. 32. Perez loc. cit. n. 5. & alii. Ratio est; quia nulla pars conjugum videtur se obligare ad copulam cum tanta sanitatis jactura; præsertim cum graviffimæ infirmitati plerumque etiam conjunctum sit periculum mortis, quo existente obligationem tollendi Impotentiam non esse, docet unanimis.

TITULUS XVI.

De Matrimonio contracto contra Interdictum Ecclesie.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio continuationis.
- 2 Hodie quatuor tantum sunt Impedimenta impedientia: & que?
- 3 Veritum Ecclesie, seu interdictum quid?
- 4 Ecclesie Veritum seu prohibitionem, ne Matrimonium contrahatur, facere potest Papa, Episcopus, & Parochus.
- 5 Tale Veritum seu Interdictum obligat sub mortali.
- 6 Limitatur.
- 7 Contrahentes contra prohibitionem Ecclesie in penam delicti ad tempus separantur.
- 8 Valet tamen Matrimonium eorum, nisi Papa interdicit.

- 9 Imò etiam si Papa interdicit.
- 10 Nisi opponat clausulam irritantem.
- 11 Tempus Sacratum, quo nuptias solemniter celebrare non licet: quale?
- 12 Præfato tempore licitum est de Jure Matrimonium saltem sine solemnitatibus contrahere.
- 13 In Germaniæ tamen, Diocæsis, vi consuetudinis requiritur dispensatio Episcopi.

Quia in præcedentibus pluribus Titulis præcipue, & ex professo actum est de Impedimentis Matrimonii dirimentibus, recto ordine pergit Commentator Canonum ad Impedimenta impedientia, quæ, quia introducta sunt per Interdictum, seu legem, vel mandatum Ecclesie interdicens, seu prohibens Matrimonium, ponit præsentem Rubricam.

Potèd hujusmodi Impedimenta impedientia quamvis olim multa fuerint, ut patet ex Tit. I. numer. 351. & 352. ubi cuncta recensita habes. Tamen hodie per consuetudinem cuncta sunt abrogata (ut ibidem diximus) exceptis quatuor comprehensis in sequenti versiculo.

Sacratum Tempus, Veritum, Sponsalia, Votum.

De quorum duobus ultimis jam egimus in Tit. I. de prioribus autem duobus Veritum nempe, & Sacratum Tempore agemus in presenti.

Queritur I. Quid sit? à quo fieri possit? & qualiter Matrimonium impediatur Veritum, seu Ecclesie Interdictum? Resp. I. Quavis latè & in genere loquendo Ecclesie Veritum, seu Interdictum comprehendat omnia Impedimenta tam dirimentia, quàm impedientia introducta ab Ecclesia; nihilominus in specie, propriè, & ad præsens loquendo, Ecclesie Veritum, seu Interdictum nihil aliud est, quàm specialis prohibitio à Superiore Ecclesiastico ob justam causam facta, ne certæ quedam personæ contrahant Matrimonium, eò quòd forsitan una earum jam sit desponsata alteri, vel existat dubium earum de latente inter eas Impedimento dirimente, aut impediante, aut timendum sit ex earum Matrimonio scandalum, vel ob aliam justam causam. Ita in re communis, arg. c. 1. 2. c. 3. h. t. & c. fin. de Claufula. Desponsat.

Resp. II. Interdictum seu Veritum facere, id est, prohibere, ne ab aliquibus Matrimonium contrahatur, potest non tantùm Papa, sed etiam Episcopus, imò etiam ad tempus Parochus. De Papa, & Episcopo nemo dubitat. De Parochis docet Sanchez lib. 7. Disp. 6. nu. 6. Barbosa in c. 1. h. t. nu. 2. Pirhing h. t. nu. 1. Navarrus in Manual. cap. 22. n. 68. & communis aliorum dicens, Parochum non tantùm posse, sed etiam debere interdicerè, vel prohibere, ne Matrimonium contrahatur, si aliqua ex recentis num. præced. causis addit, arg. cit. c. 1. & 2. h. t. & c. fin. de Claufula. Desponsat. ubi præcipit Papa, ut, si Impedimentum apparuerit probabilis conjectura, contractus interdicitur, donec &c. quòd si facere negligit, triennio suspenditur ab Officio, uti expressè habetur, cit. c. fin. §. fin. h. t. ibi: Sanè si Parochus contempserit &c. per triennium ab Officio suspendatur: ergo.

Nec obstat, quòd casuum Matrimonialium cognitio, ac decisio non ad Parochum, sed ad Episcopos, ac Judices Ecclesiasticos pertineat c. 1. de Consang. & Affinitat. Resp. enim Parochum in simili causa nihil decidere, nec judicialiter cognoscere, sed ex allegatis causis præcisè interdicerè ac prohibere Matrimonium, idque non in perpetuum, sed tantùm, donec ab Episcopo judicialiter cognoscatur, ac judicetur.

Quæ-

5 Queritur II. Quomòdò obliget, & quem effectum habeat Interdictum, seu prohibitio ab Ecclesiastico superiore facta, ne Matrimonium contrahatur? Resp. I. Tali prohibitiõ obligat sub mortali Barbosa in c. 2. h. t. n. 4. Sanchez lib. 7. Disp. 17. n. 1. Sylvest. v. Matrim. 7. q. 1. dict. 3. Pirhing h. t. n. 7. etiam communi aliorum, arg. c. fin. h. t. ubi etiam excommunicari jubetur, qui stante prohibitione ob suspicionem consanguinitatis facta, Matrimonium contrahit. Ratio patet; quia est præceptum Ecclesie in re gravi.

6 Limitat tamen meritò Conclusionem Sanchez loc. cit. dicendo, interdictum hujusmodi sub solo veniali obligare, quando vel sit ex levi causa ad tempus, vel quando sponsis certò constat, Impedimentum, ut aliam causam, quæ timeatur, & ob quam factum est Interdictum, non subsistere.

7 Resp. II. Contrahentes contra Interdictum, seu prohibitionem Ecclesie, præter peccatum, etiam penam ab Episcopo in ponendam incurrunt, & ad tempus in penam delicti, separati vivere debent, Barbosa in c. 1. h. t. & ibi DD. communiter, Sanchez lib. 7. Disp. 2. n. 14. Pirhing h. t. n. 4. cum communi aliorum, textus expressus habetur c. 1. h. t. ubi Papa mandat Episcopo, ut nubentem puellam contra hujusmodi Interdictum ad domum matris redire compellat, & imposita sibi de tanto excessu penitentia condignâ postquam in domo materna per mensem steterit, ad tertium (maritum nempe) reverti permittat: Ratio ibidem præmittitur, ne Mandatum contemptibile videatur. Concordat c. 2. h. t. ibi ad finem: Penitentia tamen eis imponi debet, quia contra prohibitionem Ecclesie hoc fecerunt. Cæterùm in textu cit. c. 1. h. t. separatio per mensem tantùm ponitur gratâ exempli, ut proin Judici liberum sit, per majus temporis spatium ita peccantes separare, vel loco separationis aliam penam injungere, præsertim si foret periculum incontinentiæ, ut cum aliis bene advertit Sanchez loc. cit.

8 Resp. III. Quamvis contrahentes contra prohibitionem peccent, & ad tempus separari valeant juxta dicta num. præced. validum nihilominus est eorum Matrimonium, ac proin perpetuò separari non amplius possunt, si prohibitio facta est ab aliquo inferiore Papâ, & aliud Impedimentum dirimens non obstat, Abbas in c. 2. h. t. n. 3. & ibi Barbosa n. 2. Sanchez lib. 7. Disp. 2. n. 2. eoque teste omnes, textu claro c. 2. h. t. ubi Matrimonium contra prohibitionem Episcopi factum, expressè agnoscitur validum. Ratio patet; quia Episcopus aut alius inferior Papâ, sua prohibitionem non potest inducere Impedimentum dirimens, juxta hodie unanimem apud Sanchez lib. 7. Disp. 1. num. 7. Hinc si aliud Impedimentum dirimens reverà non subsistat, sua prohibitionem facere nequit, ut Matrimonium fit nullum, etsi ob suspicionem Impedimenti prohibeat.

9 Resp. IV. Etiam si Papa specialiter ex quacunque tandem causa interdicit, seu prohibeat Matrimonium, validè nihilominus contrahitur, nisi sub Decreto irritante illud prohibeat. Pontius de Matrim. lib. 6. cap. 7. Castro Palao de Sponsalibus Disp. 4. pun. 2. §. 1. n. 2. & alii arg. c. 2. h. t. ibi: Licet enim contra Interdictum Ecclesie ad secundâ vota transire non debeat, non est tamen conveniens, ut ob id solum, Sacramentum conjugii dissolvatur. Ratio est; quia simplex prohibitio non irritat actum aliàs de natura & Jure validum, juxta illud trivertitum c. Ad Apostolicam. 16. de Regularib. ibi: Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent robore firmitatem: longèque diversa sunt prohibere, & irritare, arg. c. Rursum. Qui Clerici vel voventes, & c. ut. de Voto. Resistentiel Jus Can. Tom. IV.

in 6. Hinc, si constat Papâ Decretum fuisse præcisè prohibens, nullanque continens irritationem, erit validum Matrimonium contra illud contractum. Nec obstat c. Tua Fratemitas. 9. de Sponsa duorum. ubi Archiepiscopo ita scribit Papa: si contra Interdictum Ecclesie publicè factum venire (contrahendo Matrimonium) præsumperint, Matrimonium tam præsumptuosè contractum poterit irritare. Resp. enim, ibi per ly irritare intelligi separationem quoad thorum in tali casu faciendam, & tandiu continuandam, donec ritè cognoscatur super causa, an y. g. Impedimentum aliquot subsistat, nec ne.

Pariter non obstat can. Videtur. cau. 37. q. 6. ubi 10 expressè habetur, quòd contra Interdictum & ordinem Ecclesie factum est, ratum non haberi, tam Divinè, quàm humanæ legis proclamata autoritas. Resp. enim, hunc textum intelligendum esse de Ecclesie Interdicto, clausulam irritantem habente; tunc siquidem Matrimonium contra hujusmodi Interdictum celebratum, invalidum esse, ipsi fatemur in Conclusionem per illa verba, nisi sub Decreto irritante illud prohibeat, docentque Castro Palao de Sponsalibus Disp. 4. pun. 2. §. 1. n. 2. Pontius lib. 6. cap. 7. à n. 5. & alii, arg. c. penult. de Desponsat. Impuber. Ratio est; quia sicut Papa generalis Constitutione respectu omnium, ita etiam specialis Decreto, respectu aliquorum potest constituere Impedimentum dirimens, seu annullans Matrimonium contrahendum.

Queritur III. Quid sit ad præsens Tempus Sacratum seu Feriatum? & qualiter Matrimonium dirimat? Resp. I. Per Tempus sacratum intelligi illud, quo solemnes nuptias cum conviviis, choreis, musicâ, aliisque lætitiæ signis publicis celebrare ab Ecclesia est prohibitum, ut tali facere tempore fideles magis vacare possint orationibus, jejuniis, aliisque pietatis & penitentiae operibus. Quod tempus olim varium & multiplex fuit, prout patet ex can. 8. 10. & 11. cau. 33. q. 4. & c. Capellanus, 14. de Feriis. Hodie tamen præfatum tempus restrictum est per Concilium Tridentinum Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 10. illis verbis: Ab Adventu Domini nostri Jesu Christi usque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusive antiqua solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari Sancta Synodus præcipit, in aliis vero temporibus solemniter celebrari permittit.

Resp. I. Quavis sacratum Tempore nuptiæ cum 12 solemnitate celebrari licitè non valent, potest tamen dicto tempore Matrimonium sine solemnitate licitè contrahi etiam atque dispensatione. Abbas in c. Capellanus de Feriis n. 4. Sanchez lib. 7. Disp. 12. sect. 2. Concl. 4. cum Glossa communiter recepta in c. Capellanus. 4. de Feriis. v. Quocunque. Patetque clarè ex Concilio Tridentino, loc. cit. ubi de solis solemnibus nuptiis mentionem facit, & de illis solis Jura antiqua disposuisse, satis innuit. Accedit declaratio Cardinalium de qua testantur præfati DD. ac etiam Rituale Romanum Tit. de Sacramento Matrimonii; ubi postquam sacra, quibus cum solemnitate celebrare non licet nuptias, specificavit tempora, addit, Matrimonium autem omni tempore celebrari potest; intellige, sine solemnitate. Ratio est; quia expediens non foret, si Ecclesia præfatis temporibus ipsam etiam Matrimonii contractum sine solemnitate celebrandum prohiberet; cum læpè ad id urgeat periculum incontinentiæ, ad quam evitandum Matrimonium tanquam remedium fuit institutum.

Notandum tamen, in pluribus Germaniæ Diocæsis unum obtinuisse, ut etiam sine solemnitatibus Tempore sacratum nuptias celebrare non liceat, nisi Episcopus dispenderit, aut nisi necessitas urgeat, v. g. in articulo mortis ad legitimandum prolem, vel si statim discessurus ad bellum vult ducere concu-

L

concu-

concupinam &c. Marchantius in Resolut. Pastoral. tr. 8. cap. 3. n. 3. Gobath tr. 9. nu. 71. Layman lib 5. tr. 10. p. 4. cap. 15. num. 1. qui testatur, in Bavariae Diocesis etiam illam consuetudinem vigere, ut necessitate urgente quoque, licentiam ab Episcopo petere debeat Parochus, si fieri potest. Debent itaque DD. Parochi attendere Diocesis, in qua vivunt, consuetudinem, & eidem se accommodare in assistendo Matrimonium Tempore sacro, sine solemnitate contrahendis.

TITULUS XVII.

Qui Filii sint legitimi.

Ratio continuationis.

Præcipuus Matrimonii effectus sunt legitimi Liberi. Hinc postquam de Matrimonio, & Impedimentis ejusdem in actu est, recto ordine subsequitur præsens Rubrica, qui Filii sint legitimi, ubi etiam Filia comprehenduntur, quia pronuntiatio sermonis in sensu masculino utrumque sexum comprehendit. L. Pronuntio. 197. pr. n. ff. de V. S. Porro licet Rubrica de solis legitimis sonet, nihilominus horum occasione etiam de illegitimis ibidem agitur.

S. I.

De liberis legitimis.

SUMMARIUM.

- 1. Legitimi reputantur, qui ex vero, vel saltem putativo Matrimonio nati sunt.
- 2. Dummodo Matrimonium putativum in facie Ecclesie, & sine contradictione.
- 3. Atque bonâ fide sit contractum.
- 4. Sufficit autem, si saltem una pars conjugum bonâ fide contrahat, & in ead. m. etiam tempore conceptionis adhuc existat. Et num. præced.
- 5. Si vero deinde bona fides proveniat ex ignorantia facti, vel Juris etiam clari.
- 6. Solvitur instantia ex Regula Juris: Ignorantia facti non Juris excusat.
- 7. Si tamen cum dubio contraheretur Matrimonium, aut consummaretur, illegitima foret proles.
- 8. Secus est, si dubium Matrimonii jam consummatum exoritur.
- 9. Proles stante Matrimonio nata, vel concepta præsumitur legitima, etsi aliâs mater sit adultera.
- 10. Et fateatur, prolem ex adulterio esse conceptam.
- 11. Nisi ex absentia, aut impotentia mariti proles, si nascitur Matrimonio conceptam non esse.
- 12. Liberi ex Matrimonio infidelium sine Impedimento Jure naturæ dirimentis nati, sunt legitimi.
- 13. Expositi quoque legitimi censentur.
- 14. In dubiis semper favorabilia præferenda sunt, l. Semp. ff. de R. Jur.
- 15. Conceptus ante Matrimonium censetur legitimus, si nascitur Matrimonio inter parentes acin contracto.
- 16. Secus est, si impregnata contrahit cum alio.
- 17. Proles septimo post Matrimonium contractum mense inchoato nata, censetur legitima.
- 18. Sicut etiam nata mense decimo.
- 19. Non item mense undecimo jam completo.
- 20. Bene vero ead. m. non completo, sed primum inchoato, aut ad medium productio nata.

23 In casu extraordinario etiam post completum undecimum mensem proles reputatur legitima: & quando?

Uteritur I. Quinam omnes sint, vel reputentur liberi Legitimi? Resp. Liberi legitimi sunt & dicuntur omnes illi, qui vel ex verè legitimo Matrimonio aut saltem putativè tali, publicè seu in facie Ecclesie absque contradictione, ac bonâ fide inito, nati existunt. Comuni ac certa, arg. l. Filium. 6 ff. De His, qui vel alieni. & prin. Inst. de Paria potestat. & c. 2. h. t. ubi etiam ex putativo Matrimonio nati Liberi pro legitimis declarantur illis verbis: Filii eorum (qui bonâ fide nulliter contrahebant) non debent exinde sustinere jacturam, cum parentes eorum publicè, & sine contradictione Ecclesie inter se contraxissent cognoscantur. Ideoque sancimus, ut filii eorum quos ante divortium habuerunt, & concepti fuerunt, ante latam sententiam non minus habeantur Legitimi, & quod in bona paternâ hereditario Jure succedant, & de parentum facultatibus nutriantur.

Dicitur autem notanter pr. mo, aut putativè tali, publicè, seu in facie Ecclesie, & absque contradictione inito. Siquidem c. Cum inhibito. 3. de Claustr. Desponsat. expressè dicitur, quod, si quis clandestinè, seu sine prævis Denuntiacionibus, aut contradicente, seu interdicente Episcopo vel Parocho, Matrimonium inire præsumserit in gradu prohibito Consanguinitatis v. g. vel Affinitatis, etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione suscipiæ proles illegitima censentur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium. Ratio subjungitur illis verbis: Cum illi taliter contrahendo non esperes scientiæ, vel saltem affectuantes ignorantie viderentur.

Dicitur secundo, & bonâ fide inito. Nam pari modo proles illegitima censetur, si ambo parentes Impedimento scientes, præter omne Interdictum etiam in conspectu Ecclesie contrahere præsumpsissent: prout expressè verbis statuitur cit. c. Cum inhibito: ubi tamen notatly ambo parentes; quia, si unus tantum ex conjugibus ante Matrimonium, vel ejus consummationem scivit Impedimentum dirimens, alter vero idem ignorans bonâ fide contraxit & consummavit Matrimonium, liberi inde nati legitimi reputantur, ut bene docet Glossa communiter recepta in cit. c. Cum inhibito. 3. Ambo parentes. Barbosa in c. Ex tenore. 14. h. t. n. 2. & Abbas n. 3. textu claro cit. c. Ex tenore. 14. h. t.

Debet autem bona fides saltem ex parte unius, etiam tempore conceptionis adhuc adesse; nam etsi tempore contractus Matrimonialis adit ignorantia Impedimenti, & consequenter bona fides; tamen si ante prolis conceptionem innoscit Impedimentum, & consequenter bona fides cessat, illegitima foret proles, ut cum communi bene docet Pontius lib. 1. cap. 8. nu. 3. Pirhing h. t. nu. 14. & alii, arg. cit. c. Ex tenore. 14. h. t.

Potèrò legitime sunt proles ex invalido Matrimonio in facie tamen Ecclesie, & bonâ fide ex parte saltem unius contracto, non tantum, si ex ignorantia facti, sed etiam ex ignorantia Juris clari id fiat, ut si v. g. ambo conjuges bene sciunt, se esse in quarto consanguinitatis gradu conjunctos, ignorant tamen ambo, vel saltem unus eorum, versari inter eos Impedimentum dirimens, indeque Matrimonium bonâ fide (saltem ex parte unius) in facie Ecclesie, & nemine contradicente contrahunt. Barbosa in c. Cum inter. 2. h. t. n. 17. Sanchez de Matrim. lib. 5. Disp. 3. num. 133. Abb. in c. Perlatum. n. 5. & in c. Per venerabilem in fine h. t. Ratio est: Tum quia legitimitas prolis nulla ignorantia nisi affectu obest, arg. c. Cum inhibito. 3. de Claustr. Desponsat. ibi: Cum

Cum illi taliter contrahendo non esperes scientiæ, vel saltem affectuantes ignorantie viderentur. Tum quia nullibi habetur in Jure expressum, prolem ex Matrimonio ob ignorantiam Juris nulliter inito, esse illegitimam; consequenter in dubio pro favore innocentium prolum sentiendum ac judicandum est, arg. c. Ex tenore. 14. h. t. ibi: In favorem prolis potius declinamus, & l. Nuper. C. de Natural. lib. ibi: Et hoc favore sancimus liberorum. Accedit, quod, nisi Lex aliâ expressè disponat, nulli debeat alterius factum nocere, arg. l. Factum. 155. ff. de Reg. Jur.

7. Objicies, juxta c. Ignorantia. 13. de Reg. Jur. in 6. Ignorantia facti, non Juris excusat, & l. Regula. 9 ff. de Jur. & facti ignorant. ibi: Regula est, Juris quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero ignorantiam non nocere: ergo, Resp. Juris ignorantiam nocere ipsi ignorant, non autem alieno, aut proin parentes ob clari Juris ignorantiam bonâ fide nulliter contrahebant; in foro externo argui, non autem proles pro illegitimis haberi possunt, nec alterius factum & ignorantiam tertio nocent, contra cit. l. Factum. Vel dic, dictas Regulas in casu nostro locum non habere ob specialem Juris dispositionem in favorem prolum factam, arg. c. Cum inhibito, de Claustr. Desponsat. & c. Cum inter. h. t.

8. Aliud est, si conjuges habitant de latente Impedimento; hoc enim stante Matrimonium diligentè debita circa veritatem non adhibita iocant, & postea Impedimentum detegatur, illegitima erit proles ex tali Matrimonio procreata, quia adesse ignorantia affectata, quæ equiparatur scientiæ, arg. l. Ne supina. 6 ff. de Jur. & facti ignorant. & c. Eos. 2. de Tempor. Ordin. in 6. ibi: Qui scienter, vel affectatè ignorantia, & proli quoad legitimitatem non favet, textu expresso c. fin. de Claustr. Desponsat.

9. Quod si verò dubium Matrimonio jam contracto & consummato superveniret, legitima foret stante hoc dubio concepta proles, etiam si de valore Matrimonii in foro externo jam nota, & adhuc pendens esset; dummodo ante sententiam proles conciperetur. Pontius loc. cit. n. 6. Covarruvias par. 2. de Sponsal. cap. 8. §. 1. n. 7. Pirhing h. t. n. 7. Barbosa in c. 2. h. t. cum communi, arg. c. 2. h. t. ibi: Qui concepti fuerunt ante sententiam, non minus legitimi habeantur. Ratio est, quia licet pendente in causa Matrimonialis usus Matrimonii ab Ecclesia conjugibus permittitur, c. 2. Ut lite pendente. Imò etiam post sententiam de nullitate Matrimonii latam, proles concepta legitima erit, si vel intra decennium ad Appellationem concessum concipitur, vel si à sententia legitime appellatur. DD. citati; quia Appellatio efficit, quòd lis adhuc sit pendens, quâ pendente licitus est usus conjugii, & legitima sit conceptio per dicta.

10. Resp. II. Liberi stante Matrimonio nati censentur esse legitimi, etsi constet uxorem sæpius fuisse adulteram, & proles in facie non matris marito, sed adultero assumptæ; nisi ex mariti absentia, infirmitate, aut alio impedimento, aut impotentia temporali probetur, tempore conceptionis maritum copulam non habuisse cum uxore, Barbosa in c. Per tuas. de Probat. num. 3. Menochius de Arbitr. casu 89. Gutierrez can. eq. lib. 1. cap. 38. num. 30. Mansic. & alii, arg. l. Filium. ff. De his, qui sui, vel alieni Jur. ibi; Non tamen serendum, Julianus ait, eum, qui cum uxore sua assiduè moratus, noluit filium agnoscere quasi suum, & l. Miles. 11. §. Desuncto. ff. ad Leg. Jul. de Adult. ibi: Nam non utique crimen adulterii, quod mulieris infanti præjudicat; cum possit & illa adultera esse, & impubes desunctum patrem habuisse. Ratio est; quia in Reiffenstuel Jus Can. Tom. IV.

dubio favendum est proli & Matrimonio per dicta num. 6. ac univerfaliter semper præferenda est præsumptio favorabilior ætæ benignior, c. Estote. 2. de Reg. Jur.

Procedit Conclusio, etiam si mater fateatur, partum adulterinum esse, Barbosa lo. cit. & ibi Abbas num. 4. Gallus practice Observat. lib. 7. Observat. 67. n. 8. Engel h. t. n. 3. cum communi aliorum arg. cit. c. Per tuas. de Probat. Ratio est; Tum quia pro prole stat præsumptio Juris, per Jura num. præced. citata. Tum quia uni soli cuiusque tandem in sui præjudicium nemo tenetur credere, juxta illud Matth. 18. In ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Accedit, quòd aliâs parentes proli, quam odio habent, facile præjudicare, & hereditatem ei auferre possent; unde Legitima communiter reputantur filium, qui credit matri affertenti, eum ex adulterio esse natum.

Dicitur autem notanter in Conclusione; nisi ex 12. mariti absentia, infirmitate &c. probetur, maritum proprium tempore conceptionis copulam non habuisse cum uxore: hoc enim si constat, aut probetur, utique illegitimus erit filius, juxta communem & certam, arg. c. Casum. 4. h. t. & l. Filium. 6 ff. De his, qui sui vel alieni, ibi: Mibi videtur, si constet aliquandiu maritum cum uxore non concubuisse infirmitate interveniente, vel aliâ causâ &c. ut generare non possit, hunc, qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium non esse.

Hinc Fagnanus in c. Officii. de Penitent. & Remiss. d. n. 20. cum aliis bene infert, quòd, si filius ex relatione matris habeat conscientiam falsam, puta, si ita evidenter à matre informatur, ut prudenter dubitare non possit, credere teneatur matri: quoniam, quòd non est ex fide, peccatum est c. fin. de Prescrip. & quid sit contra conscientiam, adest ad gehennam. can. Omnes. §. Ex his cau. 28. q. 1. Ceterum ad quid mater casta, quo verè scit, prolem aliquam esse adulterinam, in conscientia teneatur, consulte Theologos, utpote ad quos spectat.

Resp. III. Liberi quoque ex infidelium Matrimonio nati sunt legitimi, etiam postquam ipsi & parentes eorum ad fidem sunt conversi; etiam si inter conjuges Impedimentum (solum tamen Jure Ecclesiastico) dirimens existat. Barbosa in c. fin. h. t. n. 2. Pirhing h. t. n. 17. cum communi, textus in c. fin. h. t. Ratio est: quia, cum infideles legibus Ecclesie non adstringantur, c. Gaudemus. 8. de Divort. Matrimonium eorum nullo contra Jus naturale aut Divinum Impedimento existente contractum, justum ac validum est, ita, ut nec post conversionem ad fidem annullari valeat, textu expresso c. De Infidelibus. 4. de Consang. & Affinit. consequenter filii ex tali Matrimonio procreati legitimi erunt per dicta num. 2.

Resp. IV. Pariter Legitimi censentur, & legitimum favore gaudent liberi Expositi, quorum parentes ignorantur, Barbosa Tit. de Infant. & Languid. exposit. n. 3. Menochius de Præsumpt. lib. 6. q. 54. n. 20. Mascardus de Probat. Conclus. 799. Gonzalez in c. r. h. t. num. 8. cum communi aliorum contra Covarruviam in Clem. Si si videtur. p. r. n. 9. Garciam de Benefic. p. 7. cap. 2. d. n. 9. arg. c. Lator. §. c. Pervenit. 11. h. t. ubi illegitimitatem obijcienti imponitur onus probandi, consequenter innuitur, in dubio præsumendum esse pro legitimitate.

Ratio est: Tum quia in dubio est præsumptio 15. pro favore prolis, arg. c. Ex tenore. 14. h. t. & l. Nuper. C. de Natural. lib. dubium autem est, ut supponitur, an Expositus ex Matrimonio justo, vel fornicatione ut adulterio procreatus sit; cum non solum ob pudorem, & metum infamie, sed etiam

etiam ab necessitate parentum, instans periculum, vel aliam urgentem causam liberi exponi soleant ut patet in Mose, Paride, & aliis. Accedit quod in dubiis semper benigniora preferenda sint, l. Semper 56. ff. de Reg. Jur.

16 Dices cum Adversariis, in dubio facienda est presumpcio de his, quae frequentius accidunt, & verosimilia sunt, ut cum aliis probat Jason in l. Si extraneus. de Condit. caus. dat. atqui frequentius exponuntur illegitimi, quam legitimi: ergo. Resp. Majorem esse veram nisi praesumptiones fortiores concurrant, uti in praesenti est praesumptio in favorem prolis, c. Ex tenore. h. t. & praesumptio excludens peccatum, siquidem concurrentibus praesumptionibus, ac in dubio praefertur illa, quae excludit peccatum, cum delictum non praesumatur, donec probetur, arg. l. Merito. ff. pro Socio, & c. Estote 2. de R. J. consequenter, quia praesumptio pro legitimitate prolis excludit duplex peccatum parentum (quod & fornicando & exponendo committerent) praevalet praesumptioni de parentum delictis.

17 Resp. V. Legitimi, ac legitime nati quoque sunt, & reputantur illi, qui ante Matrimonium ex fornicatione soluti cum soluta concepti, postea tamen Matrimonio inter eos jam contracto nascuntur. Communis, textu claro l. Nuper 11. C. de Natural. lib. v. Et multo magis, ubi etiam pro favore liberorum sancitur: Ubi semper in questionibus, in quibus de statu liberorum est questio, non conceptionis, sed parvis tempus respiciatur, exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem magis approbari, infantium conditionis utilitas exposulat: Hinc etiam ob favorem liberorum ille, qui in utero est, pro nato habetur, l. Qui in utero. ff. de Statu hominum, quod tamen non prodest aliis; licet enim posthumus hereditas restituatur, tamen si mater ante partum patiat abortum, haeres infantis in utero prius existentis non evadit.

18 Dicitur autem notanter in Conclusionibus, Matrimonio inter eosdem contracto; nam si quae ab alio, quam cum quo postea contrahit, prius fuit impregnata, utique illegitima erit proles, quae ante tempus debetur, tertio v. g. aut quarto post Matrimonium mense nascitur, si maritus negat, se prius copulam habuisse cum moderna uxore, per Jura allegata.

19 Queritur II. Quomodo ex tempore natiuitatis, vel conceptionis praesumantur liberi legitimi? Resp. I. Quamvis ordinarium pariendi tempus censetur esse novem menses, tamen etiam illi censentur legitimi, qui septimo post Matrimonium initium procreantur mense. Communis ac certa expresso Textu. l. Septimo. 12. ff. de Statu hominum, ibi: Septimo mense nasci perfectum parentum, jam receptum est propter auctoritatem Doctissimi viri Hippocratis; & idem credendum est, eum, qui ex justis motibus septimo mense natus est, justum filium esse. Idque intellige non tantum, si septimo mense jam completo, sed etiam si ad initium istius mensis partus fit, arg. l. Intestato. 3. §. fin. ff. de Suis, & Legit. ubi expressè deciditur, eum, qui centesimo octogesimo secundo, id est 182. die natus est, justo tempore videri natum, quod tempus septem menses solum inchoatos efficit, ut calculanti menses patebit.

20 Resp. II. Pariter legitima proles censetur, quae decimo mense nascitur. Rursus communis, arg. c. Contrario. cit. l. Intestato. ff. de Suis, & Legit. ibi: Post decem menses mortis natus, non admittitur ad hereditatem: ergo à sensu contrario ante decem menses vel mense decimo admittitur, textu etiam

expresso l. Gallus. 29. ff. de Lib. & Posthum. ibi: Si post mortem in decem mensibus proximis natus erit: haeres sunt.

21 Resp. III. Econtrà proles, quae undecimo mense jam completo nascitur, ordinariè pro illegitima habetur, communis ac certa, textu expresso cit. l. Intestato. ff. de Suis & Legit. ac Novell. 39. cap. 2. ibi: Mater &c. undecimo mense perfectò peperit, ut non esset possibile dicere, quia de defuncto fuisset partus; neque enim in tantum tempus conceptionis extensum est.

22 Dicitur tamen primò: Undecimo mense completo; quia, ut vult Glossa ad cit. Novell. §. Perfectò, si proles duobus diebus post decem menses, vel, ut cum aliis vult Engel h. t. n. 7. Haunoldus de J. & J. ir. 4. n. 139. si circa medium undecimi mensis proles nascitur, legitima censenda erit; saltem si mater bonae existit famae, & maritus, dum è vivis discessit, nullà ratione ad copulam fuit impotens, arg. cit. Novell. 39. cap. 2. ubi Imperator loquitur de mense perfectò; & tunc primò vult, talem partum praesumptione Juris esse illegitimum, ut proin textu. l. Intestato. ff. de Suis, & Legit. & l. Gallus. ff. de Liber. & Posthum. intelligendi non sint de mense undecimo strictè inchoato, sed jam aliquatenus progresso: Tum ob favorem prolis c. Ex tenore. 14. h. t. Tum quia in dubiis semper benigniora preferenda sunt, l. 56. ff. de R. J. Tum etiam quia delicta praesumi non debent, sed probari per dicta num. 16.

23 Dicitur secundo: Ordinariè; quia, cum mulieres ob diversam dispositionem & qualitates naturae tardius, aut citius parere possint, omnino accedere potest, quòd etiam post mensem duodecimum legitimus habeatur partus, & pro tali reputari meritiò debeat, praesertim, si, ut dictum, concurrat bona fama mulieris, ac Medicorum, qui utique in hoc audiendi sunt) iudicium, quibus favent Jura num. 15. & 18. citata, & ea quae pro praxi ad propositum adducit Godefredus in Not. ad cit. Novell. 39. cap. 2. lit. c. Atque iudicium Parisiense, quo partus quatuordecim mensium legitimus iudicatus fuit, inter alia ex eo, quòd mater esset honestissimis praedita moribus.

§. II.

De Illegitimis, & eorum Legitimatione per subsequens Matrimonium, aut Rescriptum Principis: ubi etiam de differentia inter Legitimos, & Illegitimos quoad effectum.

S U M M A R I U M.

- 24 Illegitimi sunt, qui ex Matrimonio verè, aut putativè nati non sunt.
- 25 Horum alii sunt Naturales: Et qui? alii Manuantes: Et qui? alii Spuriis: Et qui?
- 26 Alii ex damnato coitu: Et qui?
- 27 Alii ex adulterio: Et qui?
- 28 Horum iterum alii Adulterini: alii Sacriligii: alii Incestuosi: alii Nefarii: Et qui?
- 29 Illegitimi in quo differant, & deteriores sint Legitimi?
- 30 Proles illegitima Naturalis legitimitur per subsequens solum Matrimonium,
- 31 Etiam ratum.
- 32 Et à senibus, infirmis, vel periculo mortis contractum.

33 Tam

33 Tam mediatum, quàm immediatum.

34 Etiam sine Denuntiationibus celebratum.

35 Secundum aliquos etiam per putativum Matrimonium subsequens legitimum proles.

36 Verior tamen est opinio contraria.

37 Spurii in sensu Canonico non legitimitur per subsequens Matrimonium.

38 Bene verò Spurii in sensu Civili.

39 Legitimitur proles five tempore conceptionis, five tempore natiuitatis solummodo patentes fuerint habiles ad Matrimonium.

40 Hinc legitima est proles, quam generat maritus vivente sua uxore, ex aliena, si mortuà uxore nubit, partu necdum edito.

41 Pariter est legitima proles concepta ab impeditis, si ante natiuitatem impetratur Dispensatio.

42 Legitimi per subsequens Matrimonium in effectu per omnia iura aequales legitime natis.

43 Potestque illis dari Atestatio Geburts-Brief, quòd sint legitime nati.

44 Ad Cardinalatum tamen non admittuntur.

45 Attendenda etiam est loci consuetudo.

46 Legitimitas per Rescriptum Principis quid?

47 Solus Papa, non item Episcopus legitimize potest quoad effectus Ecclesiasticos.

48 Etiam quoad effectus Politicos potest Papa legitimize illos, qui in suo Territorio temporali iudicantur.

49 Alias autem quoad hos effectus legitimize ordinariè non potest.

50 Bene autem extraordinariè, urgente v. g. communi necessitate aut causà ardua.

51 Sicut etiam indiretè, ac in radice Matrimonii: Et quomodo?

52 De Jure loquendo, inter seculares, soli Principes supremi Superiorum non agnoscentes possunt legitimize.

53 De Consuetudine id possunt etiam Electores, ac reliqui status Imperii.

54 Ex privilegio item Comes Palatini,

55 Et Legati Sedis Apostolicæ.

56 De Jure non nisi naturales illegitimi, de consuetudine autem omnes illegitimi Rescripto Principis legitimitur: Et ex privilegio etiam per Legatos, & Comes Palatinos.

57 Comes Palatini non possunt legitimize liberos Nobilium.

58 Legitimitas per Papam facta reddit habilem ad effectus Ecclesiasticos, & Politicos.

59 Facta à seculari non nisi seculares & politicos habet effectus: Et quos? ac num. 64.

60 Legitimi Rescripto Principis non possunt vocari legitime nati, nec comprehenduntur in statutis hominum, bene verò legitimi per subsequens Matrimonium.

61 Ut legitimitas per Rescriptum Principis suos habeat effectus, certæ requiruntur conditiones: Et quæ? usque ad nu. 64.

62 Legitimitas per Rescriptum Principis facta non habet effectus quoad Spiritualia.

24 Queritur I. Quinam omnes, & quotuplicis generis sint Illegitimi? Resp. I. Illegitimi sunt omnes, qui non nascuntur ex Matrimonio legitimo, vel saltem putativè tali, bonaque fide in facie Ecclesiæ contracto, juxta dicta num. 2. & seq. adeò ut Illegitimi existant non tantum illi, qui extra omne Matrimonium, sed etiam qui ex Matrimonio, invalido tamen, & malà amorum parentum fide contracto gignuntur. Communis ac certa, per Jura nu. 2. & seq. allegata.

25 Resp. II. Illegitimi variè dividuntur. Alii enim sunt & dicuntur Naturales: alii Spurii: alii ex Reissensuel Jus Can. Tom. IV.

damnato coitu. Naturales de Jure communi dicuntur omnes, qui nati sunt à parentibus, inter quos tempore conceptionis, vel saltem natiuitatis poterat esse legitimum Matrimonium, five dein Mater fuerit Meretrix publica, five concubina Patris. De Jure Civili autem Naturales dicuntur illi soli, qui ex soluto & ejusdem concubina unica domi, loco uxoris retenta, atque tali, ut inter eos tempore conceptionis aut natiuitatis potuisset esse Matrimonium, proveniunt, l. 1. & seq. ff. de Concub. illi verò, qui ex meretrice pluribus expositià proveniunt, vulgò Quæsti, item Spurii vocantur, l. Vulgo quæsti. ff. de Statu hominum, Item Manuantes. Verum quia hodie concubinatus per Leges Ecclesiæ tublatus est, can. Nemo. 4. cau. 32. q. 4. & Concil. Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 8. (ubi etiam gravissime contra Concubinarios statuuntur pœnæ) Naturales in sensu Juris Civili vix amplius dantur; ubi tamen æquiparantur Bastardi, id est nati ex soluta, quæ nec concubina, nec publica meretrix, sed aliàs honesta, hic & nunc autem seducta est.

Spurii de Jure Canonico vocantur omnes, qui 26 sunt nati à parentibus, inter quos tempore conceptionis vel natiuitatis non poterat esse Matrimonium, arg. c. Quantæ q. h. t. De Jure Civili verò non tantum praefati, sed etiam illi Spurii dicuntur, qui à Meretrice pluribus accessum præbent, ita ut certus pater demonstrari nequeat, gignuntur, juxta dicta n. præced. arg. l. Vulgò. 23. ff. de Statu hominum, ibi: Vulgò Quæsti sunt, qui patrem demonstrare non possunt vel possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet, qui & Spurii appellantur.

Nati ex damnato coitu de Jure Canonico cum 2 Spuriis conveniunt, imò etiam de Jure Civili, excepto quòd nati ex matre Meretrice, hoc jure etiam Spurii, non item ex damnato coitu vocari possunt. Cæterum utroque Jure nati ex damnato coitu dicuntur illi, qui nascuntur à parentibus, inter quos nec tempore conceptionis, nec tempore natiuitatis potuit esse Matrimonium. Novell. 74. cap. 6.

Horum Spuriorum, seu natorum ex damnato 28 coitu alii sunt, & vocantur Adulterini, qui videntur licet ex adulterio gignuntur, can. Nemo. cau. 32. q. 4. Alii Sacriligi, qui scilicet ex Religioso aut Moniali, vel Clerico in Sacro constituto generantur. Alii Incestuosi, nati nempe ex parentibus affinitate vel consanguinitate collateralis conjunctis, §. Inter eas, Instit. de Nuptiis. Alii Nefarii, & sunt illi, qui ex patre & filia alicorundem ascendentium & descendendum copulà procreantur, §. Trigo, Instit. de Nupt.

Queritur II. In quibus differant, & deteriores 29 res sint illegitimi à legitimis? Resp. Præterquam quòd illegitimi sint inhabiles ad suscipiendos Ordines, Beneficia, & Dignitates Ecclesiasticas, juxta dicta Lib. I. Tit. XVII. Item, quòd cum legitimis non succedant in hereditate paterna ac materna, juxta dicta Lib. III. Tit. XXV. a. n. 410. & Tit. XXVII. a. n. 11. (ubi amplius vide de Illegitimorum successione, aut hereditate) præter hos, inquam, effectus, etiam ille notabilis est, quòd Illegitimus semper adhæreat macula paterni peccati, ita ut, est illegitimus esse, non sit nota delicti, sit tamen nota delictus, c. Accedens, de Purgar. Canon. Et vacillat ejus opinio arg. can. Laici. dist. 37. timenturque in eo incontinentia paterna juxta illud Poëtae

Sæpe solet similis filius esse patri.

Verum quia illegitimi à culpa innumes, ac innocentes sunt, ideo in eorum favorem remedium invenerunt Jura, Legitimationem nempe illorum, eamque præcipue duplicem, per subsequens Matrimonium videlicet, ac Rescriptum Principis: de quibus sequenti erunt quæstia.

- 30 Quæritur III. Quam illegitimi, & quo effectu legitimitur, vel legitimi fiant per subsequens Matrimonium? Resp. Omnes & soli illegitimi Naturales per subsequens Matrimonium inter parentes eorum legitime contractum legitimitur, seu legitimi fiunt. Omnes, textu claro c. 1. & c. Tanta h. t. ibi: Tanta est vis Matrimonii, ut qui antea sunt generi, post contractum Matrimonium legitimi habeantur. Concordat l. Divi Constituti c. l. Cum quis. 18. & l. Nuper 11. c. de Naturali lib.
- 31 Ampliatur Conclusio I. Erit Matrimonium non sit consummatum, sed præcisè ratiom. Barbosa in cit. c. 6. h. t. n. 12. Pring h. t. n. 36. Pontius lib. 11. cap. 1. §. 2. n. 16. Engel h. t. n. 9. cum communi aliorum. arg. cit. Juribus, utpote quæ consummationem non requirunt; consequenter etiam de rato Matrimonio intelligenda sunt, eò quòd favores extendere oportet, c. Olla. de Reg. Jur. præsertim quando agitur de favore liberorum, c. Ex tenore. h. t.
- 32 Ampliatur II. Etiam si senibus, infirmis, aut etiam in periculo mortis Matrimonium contrahatur, Barbosa loc. cit. n. 8. Pring loc. cit. Pontius loc. cit. §. 1. per totum Sanchez lib. 7. Disp. 105. n. 5. & 6. Covarruvias p. 2. de Matrim. cap. 8. §. 2. n. 10. Azorius Tom. 3. lib. 2. cap. 13. q. 11. cum communi aliorum per Jura & rationem num. præced. allegata.
- 33 Ampliatur III. Sive Matrimonium immediate, vel mediate sequatur generationem proles illegitime nate, ad eòd legitimeque proles, si pater ejus non sitam cum matre, sed cum alia viri contrahat, & primùm hæc defuncta, Matrimonium cum matre illegitimi insat; hoc enim posteriori, consequenter mediatò cum matre Matrimonio statim legitima evadit proles. Pontius loc. cit. §. 2. n. 15. Pring loc. cit. n. 36. Abbas in c. Tanta 6. h. t. n. 3. & ibi Barbosa n. 7. cum communi: ob rationem jam dictam; quia Jura plus non requirunt, quàm ut Matrimonium legitimum inter parentes proles illegitime sequatur; nec specificant, an mediatè aut immediate fieri debeat.
- 34 Ampliatur IV. Etiam in casu, quo parentes hujusmodi omitti abque justa causa aut dispensatione Denuntiationibus, consequenter in aliquo sensu clandestinè Matrimonium contrahunt Barbosa in cit. c. Tanta h. t. n. 10. Sanchez lib. 3. Disp. 44. & alii. Ratio est; quia tota vis legitimi prolem attribuitur Matrimonio, quale reverà etiam est Matrimonium sine Denuntiationibus contractum, supposito quòd Impedimentum dirimens non subit. Et hæc, si Matrimonium validè contrahatur, certa sunt apud Doctores.
- 35 Major autem controversia & difficultas est de Matrimonio putativo, invalidè nempe, borà tamen fide, & præmissis Denuntiationibus inter parentes illegitimi contractum. Pontius siquidem cit. lib. 7. cap. 1. §. 2. n. 13. Gonzalez in c. Cum inter. 2. h. t. n. 6. Pring eod. n. 36. & alii volunt, etiam per tale Matrimonium legitimi proles illegitime nate, ex eo potissimum funtamento, quòd, cum ex tali Matrimonio liberi legitime procreentur juxta dicta n. 2. & 3. textu expresso arg. c. Cum inter. h. t. non appareat ratio, cur ideò Matrimonium non habeat vim legitimi prolem privis illegitime nate. Accedit, quòd in dubiis favorabilior Juris interpretatio sit assumenda, c. Estote. de Reg. Jur. præsertim ubi agitur de favore liberorum, c. Ex tenore h. t.
- 36 Verùm quantumvis probabilis & favorabilis censetur sententia isthæc, probabilior tamen de Jure videtur negativa, quam tenet Abbas in c. Tanta. h. t. Covarruvias de Matrim. p. 2. cap. 8. §. 2. n. 20. Zoësius

h. t. n. 13. Fachin. lib. 3. Controvers. c. 55 Engel. h. t. n. 9. Molina Tr. 2. de J. & J. Disp. 172. n. 11. & alii. Ratio est: Tum quia in cit. c. tanta h. t. sicut & in Legibus Civilibus vis legitimi prolem non tribuitur bonæ fidei, sed ipsi Matrimonio propriè tali, hoc ipso, quòd in sensu & significato proprio accipienda sint Jura, arg. l. Non aliter. 69. ff. de Legat. 3. Tum quia, quòd est de Jure nullum, nullum producit effectum. L. 4. §. Condemnatum ff. de Re Judi. Tum etiam, quia juxta num. 30. & dicenda infra num. seq. per subsequens parentum Matrimonium non nisi Naturales legitimitur liberi, id est, nati à parentibus, inter quos tempore conceptionis, vel natiuitatis potuisset esse Matrimonium; quales utique non essent, sed Spiriti forent nati à parentibus, inter quos tempore conceptionis aut natiuitatis neququam verum fed ratione latentis Impedimenti solummodò putativum esset subsequens Matrimonium, juxta dicta.

Car autem ex putativo Matrimonio legitime nascantur, & tamen non legitime liberi, ratio defumitur partim ex clara dispositione Juris c. 2. h. t. partim quia natus ex putativo Matrimonio abque delicto nascitur; ille verò, qui per subsequens parentum Matrimonium legitimi debet, supponitur ex delicto utpote ex fornicatione natus, pro quo proin merito tam favorabilia non sunt Jura, quàm pro illo, Abbas loc. cit. Engel loc. cit. & alii.

Resp. II. Spiriti in sensu Canonico, seu nati ex damnato coitu, id est, à parentibus, inter quos nec tempore conceptionis, nec natiuitatis poterat esse Matrimonium, per subsequens Matrimonium non legitimitur; & idèd in Concl. præced. num. 30. posita diximus: omnes & soli naturales liberi. Pring h. t. n. 38. Engel eod. n. 11. Barbosa in c. Tanta. h. t. n. 30. & ibi DD. communiter, arg. cit. c. Tanta. h. t. n. 30 ubi Samaritanus sic habet: Naturales legitimitur per subsequens Matrimonium; Spiriti verò non. Ratio est; quia fisione Juris non censetur Matrimonium retraheri ad illud tempus, quo verum Matrimonium lege irritante esse non poterat; cum fisione non debeat esse majoris efficacis, quam veritas, & naturalis actus.

Dicitur autem Spiriti in sensu Canonico, quia Spiriti alii qui in sensu Civili, ille nempe, qui ex publica meretrice nati sunt, omnidò legitimitur per subsequens parentum Matrimonium, ut habet hostie communis. arg. c. Tanta. h. t. nec obstat, quòd secundùm Leges nati à meretrice non legitimentur per subsequens Matrimonium. Resp. enim, derogari eis in hoc puncto per SS. Canones citatos.

Sufficit autem, si tempore conceptionis, sive natiuitatis parentes sint habiles ad Matrimonium inter se contrahendum. Covarruvias de Matrim. p. 2. cap. 8. §. 2. n. 2. Molina cit. Disp. 172. n. 4. Pontius lib. 11. cap. 3. n. 2. Sanchez lib. 8. Disp. 7. n. 19 Fachin. lib. 3. Controvers. cap. 50. Engel h. t. num. 11. cum communi aliorum contra Z. Eñan. h. t. nu. 18. & alios. Ratio est; quia universaliter in questionibus, in quibus est dubitatio de statu liberorum, attenditur tempus partus, vel conceptionis, prout nempe exigit favor, aut utilitas liberorum, textu expresso l. N. per C. de Naturali lib. Concordat Novell. 89. cap. 8. Hinc etiam favore liberorum habetur: qui in utero est, perinde est, ac si in rebus humanis esset constitutus; quies de commodis ipsius parvis agitur, l. Qui in utero 7. ff. de Statu hominum.

Inferitur I. cum præfatis DD. quòd, si vir vivente uxore sua aliam in prægnat, & uxor dein moriatur, antequam adultera parum edat, proles ex tali adulterio concepta legitimeque per subsequens

parentum Matrimonium. Nec obstat huic celebrationi c. Tanta. 6. h. t. ubi tam parum non legitimi, decidit videtur. Nam contra est, quòd ibi sit sermo de casu, quo adulterinus partus editus est ante mortem uxoris, uti patet ex illis verbis: Sicut vivente uxore ex alia prolem susceperit; quia proles suscepta non dicitur ante natiuitatem.

41 Inferitur II. Etiam tunc prolem per subsequens parentum Matrimonium legitimi, quando parentes tempore conceptionis ad nubendam sunt quidem inhabiles ob interveniens Impedimentum dirimens affinitatis v. n. vel consanguinitatis, ante natiuitatem tamen facti sunt habiles, sublato v. g. per dispensationem Pontificis Impedimento. Barbosa loc. cit. n. 31. & alii. Hinc est, quòd ad dispensationem impetrandam sepe, & merito pro causa allegari solet Legitimitas proles, casu quo in prægnata aliquo Impedimento dirimente laborat respectu impregnantis.

42 Quæritur IV. Qui sint effectus Legitimationis per subsequens Matrimonium? Resp. Efficaciam hujus esse varium & multiplicem, eò quòd ita legitimitur per omnia æquiparentur legitime natis, consequenter æque ac isti debeant institui heredes, succedant in hereditate, sint habiles ad Ordines, & Dignitates tam sæculares, quam Ecclesiasticas. Glossa in c. Tanta. h. t. v. Legitimi, communiter recepta, arg. eod. c. Tanta. h. t. l. Cum quis. 10. de Naturali lib. Novell. 12. cap. 4. Novell. 73. cap. 2. §. 2. l. Isti. de Heredit. ab intest. Ratio est; quia, ut ait Glossa, subsequens Matrimonium omnia præcedentia purgat.

43 Hinc advertit etiam Richter p. 2. decis. 80. n. 17. ita legitimos venire quoque in dispositione hominum & statutorum voluntatum, quòd quis debeat esse legitime natus, & polleat taliter legitimitas dari literas natalitas, Geouris-Breff, testantes, talestesse ex honestis parentibus & legitimo thoro, abstrahendo, quòd primùm per subsequens Matrimonium sit legitimatus.

44 Limitatur tamen primò Conclusio in dignitate Cardinalitatis, utpote ad quam legitimitas per subsequens Matrimonium sunt inhabiles ex speciali Dispositione Sixti V. quæ incipit: P. siquam veros.

45 Limitatur secundò in locis & Provinciis, in quibus introducta habetur consuetudo contraria, qualem in nonnullis Provinciis vigere, in citata Bulla testatur Sixtus V. dicens: taliter legitimos in quibusdam Provinciis & Dominis, vi consuetudinibus, vel etiam statutorum particularium, Nobilitatis privilegiis non gaudere, nec ad secularia Officia, honores ac dignitates, neque ad Nobilitatem Feudorum, & statum successiones adire.

46 Quæritur V. Quid sit Legitimitas per Rescriptum Principis? Quam item? & quomodo legitime possint? Resp. I. Hæc Legitimitas est actus gratiosus, quo ex illegitimo facit legitimum ille, qui ita legitime potest. Est in re communis, patetque ex terminis.

47 Resp. II. Papa, & quidem solus legitime potest illegitimos natos, quoad Ordines, honores, dignitates, ac beneficia Ecclesiastica. Communis ac certa, textu claro, c. Venerabilem. 13. h. t. & ibi DD. communiter. Ratio patet; quia, cum illegitimi ad præfata incapaces sint solo positivo Jure Ecclesiastico; in hoc autem Papa, & quidem solus dispensare valeat per d. c. Lib. I. Tit. II. de Constit. §. 18. probata manet Conclusio.

Nec obstat, quòd Episcopus, ac etiam Capitulum Sede vacante, possint illegitimos habitare ad Ordines minores, & ad Beneficia simplicia c. 1. de Illis Presbyt. in 6. Resp. enim, eos id facere non per legitimationem, sed per dispensationem

puncto hoc eidem concessam: unde etiam dispensatio hujusmodi non habet reliquos Legitimationis effectus.

Resp. III. Papa etiam quoad effectus politicos, 48 successione v. g. hæreditariam, honores, & dignitates temporales legitimeque potest illos, qui in illius Territorio temporali existentibus, Eisdem jurisdictioni immediate subiant. Omnes, textu expresso cit. c. Venerabilem. 13. h. t. quia, cum in illo Territorio superiore in temporalibus non agnoscat, etiam quoad ista cum subditis suis disponere, & leges de illis ibidem latas retaxare potest, arg. c. 1. de Reg. Jur.

Resp. IV. Illegitimos verò suæ jurisdictioni temporali non subiectos, ordinariè ac directè non potest, nec solet Papa legitime quoad effectus temporales ac politicos. Abbas in c. Venerabilem. 13. h. t. n. 15. & ibidem Joan. Andreas. Butrius, & alii, item Pontius lib. 11. cap. 5. n. 6. Covarruvias de Matrim. p. 2. cap. 8. §. 8. n. 43. & seq. Sanchez lib. 8. Disp. 7. n. 1. dicens esse verissimam, & receptissimam sententiam; contra Barboam in cit. c. Per Venerabilem. h. t. n. 3. & Rotam ibidem allegatam, Hostensem, & nonnullos alios. Ratio patet; quia Papa Jus Civile in illo, in quo non solvet peccatum, nec adverterat bonæ gubernationi Ecclesie, aut aliis bonis spiritualibus, tollere vel abrogare non potest, nec dispensare in eo, arg. can. Cum ad verum 6. dist. 96. atqui dispensationes Juris Civilis quoad præfatos effectus non adverterant bonæ gubernationi Ecclesie, nec peccatum fovent, sed potius persequuntur, ut patet, ergo.

Dicitur autem Regulariter, quia in casu extraordinario, & ubi communis necessitas, vel alia causa ardua urget, etiam ad temporalia quævis suæ jurisdictioni temporali non subditum illegitimum à Papa legitimi posse, præfati DD. & omnes alii concedunt, patetque clarè ex cit. c. Per Venerabilem. 13. h. t. §. Rationibus viginti, ubi causam subiungit Papa illis verbis: Quia non solum in Ecclesie præfatis (Jure quo plerumque in temporalibus gerimus potestatem) verum etiam in aliis Regniibus, certis causis inspiculis, temporalem jurisdictionem casualiter exercentur.

Uterius quævis etiam quoad effectus politicos 51 legitime potest Papa dispensando in radice Matrimonii; cum nempe dispensando facit ut Matrimonium ab æquibus invalidè contractum, tanquam legitimum habeatur etiam pro tempore, quòd invalidè contractum fuit; consequenter & proles ex illo progenitæ legitime reputantur. Barb. in cit. c. Per Venerabilem. 13. h. t. n. 4. & ibi Abbas n. 21. Joan. Andreas n. 30. Covarruvias loc. cit. n. 10. & seq. Pontius loc. cit. n. 9. & latissimè Sanchez lib. 8. Disp. 7. cum communi aliorum, & Rota, quam repetam allegat Barbosa contra Perez de Matrim. Disp. 44. §. 5. n. 9. & paucos alios. Quoniam verò casus de hoc in praxi vix occurrunt, materiam & controversiam hujusmodi ulterius non persequimur; vide de illa apud DD. citatos.

Resp. V. Loquendo de Jure communi; Inter 52 Seculares, omnes & soli supremi Principes superiores non agnolentes (quales sunt Imperator Romanus, & Reges) in suis Territoriis legitime quoad effectus politicos possunt suos subditos illegitimos natos. Abbas in c. Per Venerabilem. 13. h. t. n. 23. Pontius lib. 11. cap. 5. Konig h. t. n. 32. cum communi. Ratio est, quia, cum supremi Principes leges omnino abrogare, & novas condere possunt, arg. l. Dispensare. 3. C. de Crimin. Sacroleg. l. 5. C. de Lites. Rescripti, utique etiam ordinare possunt, quòd leges contra illegitimos late hunc vel illum non ligent. Quòd autem hi soli legitime valeant,

ratio est, quia inferiores in lege superioris dispensari nequeunt, per vulgaria: unde præfati DD. cum Baldo in L. 1. pr. ff. de Jure aure. annul. observant legitimum potestatem esse unam de reservatis supremo Principi, arg. Novell. 89. cap. 9. & L. 3. ff. de Natural. resit.

53 Dicitur autem notanter loquendo de Jure communi; quia ex consuetudine etiam Electores, & cæteri Status Romani Imperii subditos sui Territorii legitimare valent; et si Principes supremi alium superiorem non agnoscentes dici nequeant, ut pote qui Imperatorem pro superiore suo agnoscunt. Sam. Strichk in Usu moder. Pand. tit. de Tit. De His, qui sui, vel alieni, §. 14. & alii, König h. t. nu. 38.

54 Pariter legitimare possunt illi, qui, etsi supremi Principes non sint, ab his tamen privilegium & facultatem legitimandi habent, quales sunt Comes Palatinus, juxta unanimitatem. Quanta autem horum sit potestas, & ad quos illegitimos se extendat, desumendum est ex tenore Rescripti, aut Privilegii à supremo Principe eis concessi, ut cum aliis bene advertit Pontius lib. 11. cap. 5. §. 2. juxta solum enim tenorem Rescripti, & non ultra, eorum potestas se extendit, arg. c. Dilecta. 22. de Rescript. & l. Diligenter. ff. Mandati.

55 Porro sicut Imperator Comitibus Palatinis, sic Papa suis Legatis concedere solet facultatem & privilegium legitimandi. Cujus efficacia ex tenore quoque Rescripti petenda est per dicta num. præced. teste Azorio Tom. 2. lib. 5. cap. 30. q. 1. Pont. loc. cit. n. 16. Legatis Apostolicæ Sedis ordinariè conceditur Privilegium sequentis tenoris.

Concedimus, ut super natalium, etiam si ex adulterio, incestu, vel nefario, aut quocunque illicito coitu procreati fuerint, de scilicet dispensare, ut quocunque quocunque, quacunqueque Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, secularia, & regularia invicem compatibilia, etiam si secularia, Canoniciatus, & Præbendæ, & si ex Nobili genere procreati fuerint, etiam majores, & principales personatus, & officia in Cathedralibus, Metropolitanis, Collegiatis Ecclesiis, & in illis in quibus ditorum, potentium defectum natalium patres Beneficium obtinuerint, dum tamen illis immediatè non succedant, & quod de natalium defectibus hujusmodi nullam in quibuscunque litteris, & gratiis sibi concedendis mentionem facere teneantur, indulgere valeas.

56 Resp. VI. Quamvis de Jure, & nisi aliud exprimat in Legitimationis Rescripto, per Rescriptum Principis soli legitimum illegitimi naturales, non item ex damnato coitu nati, arg. c. Per Venerabilem. 13. h. t. & Novell. 74. & Novell. 89. Tamen potest supremus Princeps, si vult, quovis, etiam ex damnato coitu natos legitimare. Omnes, per Jura citata. Imò defectò etiam quemvis illegitimum legitimare solent supremi Principes; ita ut Papa suis Legatis quoque, & Imperator nonnullis Comitibus Palatinis eandem facultatem tribuant, ut patet ex formula num. præced.

57 Porro licet Comitibus Palatinis plenà concedatur facultas legitimandi quocunque, etiam natos ex damnato coitu; tamen per hanc non censetur concessa facultas legitimandi illegitimos Nobilitatis, nisi in Rescripto Cæsareo exprimat: Et si id exprimat, non se extendit ad legitimandas illegitimas proles Baronum, Comitum, &c. Nolden de Statu Nobil. cap. 16. Th. 15. patet que ex Capitul. Leopold. art. 44.

58 Queritur VI. Quos effectus habeat Legitimatione per Rescriptum Principis? Resp. I. Si Legitimatione fit à Papa, efficit quemvis legitimum habilem ad Ordines, Dignitates, Officia & Beneficia Ecclesiastica per dicta nu. 47. simulque ad effectus politicos nu. seq. adducendos, si legitimus est etiam sub jurisdictione temporali Pape; sed si non est, per dicta nu. 48. & seq. Abbas in c. Per Venerabilem, h. t. n. 20.

Resp. II. Si Legitimatione fit à Principe seculari, aut Comite Palatino, efficiuntur Legitimi imprimis habiles ad legitimam & hereditatem, non tamen ita perfectè, ut Legitimi per subsequens Matrimonium; sed cum certis limitationibus juxta dicta Lib. III. Tit. XXVI. n. 412. & Tit. XXVII. n. 11. & seq. Deinde evadunt habiles ad Dignitates & Officia secularia quocunque, nisi ex consuetudine, vel speciali statuto particulari locorum requiratur, ut quis sit legitime natus; ob quod Rescriptò Principis Legitimatione nequeunt esse Assessores in Camera Imperiali, nec Consilii Principum, nec insigniri Titulo Doctoris, Mynding. 4. Observat. 31. nec recipi ad certos Ordines, ut nostrum Seraphicum, cum juxta statuta nostra Generalia cap. 2. §. 1. n. 1. suscipiendus debeat esse legitime natus.

Ubi præter alia speciale nota discrimen inter Legitimos per subsequens Matrimonium, & Legitimos per Rescriptum Principis; illi enim per omnia æquiparantur legitime natis, & etiam legitime nati vocari possunt, comprehendunturque in Statutis hominum requirentibus, ut quis sit legitime natus, per dicta nu. 42. & 43. Non sic Legitimi per Rescriptum Principis.

Resp. III. Ut Legitimatione per Rescriptum Principis memoratos effectus habeat, plures requiruntur conditiones. I. Est, ut illegitimi, consentiant, Novella 89. cap. 11. Generaliter autem sufficit consensus tacitus, qui silentio etiam indicatur. Zoccius h. t. nu. 26. arg. c. Qui raset. de Reg. Jur. in 6. II. Ut nulli extant liberi legitimi, ne his præjudicium causetur, Novell. 74. cap. 1. & 2. Et quamvis Princeps de plenitudine potestatis etiam Legitimos extantibus possit legitimare illegitimos; tamen in dubio interpretandum est, eum non intendisse; nam beneficia Principum ita interpretari oportet, ut quam minimum præjudicium Juri publico, aut privato juri Tertii, Felinus in c. Cum olim. de Sentent. & re judicat. Zoccius loc. cit. & alii.

Ubi iterum aliquod discrimen notandum est inter Legitimationem per subsequens Matrimonium, & Rescriptum Principis. Per Matrimonium enim illegitimi legitimitur extantibus etiam, & contradicentibus liberis legitimis, ut communiter advertunt DD. non sic per Rescriptum Principis.

III. Requiritur, ut illegitimus per subsequens parentum Matrimonium, aut omnino non, aut saltem non commodè legitimum valeat. Novell. 74. cap. 1. Ratio est; quia Legitimatione censetur esse remedium extraordinarium, quod cessat, ubi haberi potest ordinarium. L. 16. ff. de Min.

IV. Requiritur aliàs de Jure, ut vel illegitimi pater libello supplici Legitimationem exoret, vel patre jam mortuo id faciat ipse illegitimus; probans prius ex patris Testamento, eum id desiderasse. Novell. 74. cap. 2. §. 1. & Novell. 89. cap. 9. §. 1. & cap. 10. Vestum hodie universalis consuetudinis vigore sufficit etiam sola simplex instantia illegitimi. Sann. Strichk. loc. cit. §. 18.

Resp. IV. Legitimatione quantumvis ampla Rescripto Principis secularis facta, penitus nihil valet quoad effectus Ecclesiasticos, Ordines v. g. Officia, & Beneficia Ecclesiastica. Covarruvias de Matrim. part. 2. cap. 8. §. 8. n. 15. Abbas in c. Per Venerabilem. h. t. & alii. Ratio patet; quia Princeps secularis nullam habet potestatem circa spiri-

TITULUS XVIII.

Qui Matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio continuationis.
- 2 Matrimonium contrahendum existente Impedimento accusare quis potest, ac teneatur.
- 3 Solum conjuges Matrimonium accusare possunt, quod censetur nullum ex defectu impotentie alterutrius.
- 4 Vel ob Impedimentum, quod ipsi tollere possunt.
- 5 Imò nec ipsi audiuntur, si cognitio tali Impedimento se invicem cognoscunt.
- 6 Conjugium ex causa Affinitatis, vel Consanguinitatis suspectum accusari Consanguinei proximiores &c.
- 7 Ex alio impedimento, cui renuntiare conjuges nequeunt, nullum aut suspectum, accusare possunt omnes.
- 8 Matrimonium quovis tempore etiam post multos annos accusare potest, etiam si de valore ipsius jam sit pronuntiatum.
- 9 Ab accusando Matrimonium repelluntur, I. qui questus causâ accusant.
- 10 II. Qui tempore Denuntiationum non accusarunt. Limitatur. Ibid.
- 11 Hi tamen alii, ut accusent, Impedimentum detegere possunt.
- 12 III. Aliquando conjuges. Et quando?
- 13 IV. Accusantes per litteras.
- 14 Qui possunt accusare Matrimonium, possunt etiam esse testes pro, & contra illud.
- 15 Quandoquidem quis simul esse queat accusator & testis. Nemo potest simul esse testis & accusator. Ibid.
- 16 A ferendo testimonio in causa Matrimoniali qui repelluntur?
- 17 Causarum Matrimonialium Judex solus Ecclesiasticus esse potest.
- 18 Et quidem Jure ordinario Episcopus.
- 19 Eiusque Vicarius Generalis.
- 20 Nec non Capitulum Sede vacante.
- 21 Item Prælati nullius Diocesis.
- 22 Et ex commissione Episcopi, vel alterius Ordinarii etiam inferiores alii.
- 23 Vel consuetudine aut privilegio. Et num. præced.
- 24 Judex secularis nec incidere agnoscere potest de causa Matrimoniali.
- 25 Bene tamen incidere de causa Laicali judicare potest Judex Ecclesiasticus.
- 26 De Probatione & Testibus requisitis ad probandum nullitatem Matrimonii. Remissivè.

RECTUS ordo est, ut, postquam in præcedentibus actum est de Matrimonio, & Impedimentis ejus, agatur tunc de iis, qui Matrimonium accusare, aut impugnare possunt, & debeat, casu quo forsitan inter conjuges impedimentum foret. Et quomam accusatio sine probatione non sufficit, agitur etiam de Testibus ad probandum habitibus & requisitis.

Notandum prius, accusari, & impugnari posse Matrimonium tam contrahendum, quam contractum. Et quidem si impugnatur contrahendum, certum est, quemvis non tantum posse, sed & teneri Matrimonium accusare denuntiando Impedimentum inter

sponso existens, juxta dicta supra Tit. III. n. 49. H. N.

Queritur I. Quomam, & quando Matrimonium jam contractum accusare, & impugnare possunt, & debeant? Resp. I. Si accusatur aut impugnatur Matrimonium tanquam nullum contractum ob impotentiam alterius conjugum v. g. ob frigiditatem viri, aut arditudinem femina, masculi &c. soli ad accusandum admittuntur conjuges. Abbas ad Rubr. h. t. Pirhing eod. num. 1. & alii. Ratio est; quia horum solummodò interest, & ipsi possunt, si velint, non obstanti tali Impedimento suo juri, quod ad accusandum habent, cedere ac invicem cohabitare, non quidem ut conjuges, sed ut frater & soror, juxta dicta supra Tit. XV. n. 62. textu expresso c. Consultatio. 4. & c. Laudabilem. 5. de Frigid. & Masculi. juncto can. Requisivisti. 2. cau. 33. q. 1.

Resp. II. Pariter soli admittuntur conjuges ad accusandum, casu quo Matrimonium est nullum ex tali Impedimento, cui conjuges possunt renuntiare, ut puta, ex Impedimento gravis mens circa ipsam personam, aut conditionem, & statum ipsius, ut si quis contraxit cum serva, quam putavit esse liberam, aut contraxit cum Lucia quam putavit esse Romeliam. Abbas loc. cit. Pirhing loc. cit. Honor. ad Rubr. h. t. n. 8. Gonzalez in c. fin. h. t. 3. Ratio est; quia hoc ipso, quòd ipsi juri suo renuntiare, & tale impedimentum tollere, novoque consensu Matrimonium ratificare valeant, idque re ipsa facere presumantur, si consensu Impedimenti præcedentis cohabitavit, arg. c. 2. & c. fin. de Conjug. servor. c. Insuper. 4. h. t. frustratæ foret aliorum accusatio.

Imò præfato casu, ubi Conjuges solo consensu suo mutò Impedimentum tollere, & Matrimonium ratificare valent, ipsimet non amplius audiuntur, si post acquisitionem Impedimenti notiam, adhuc carnaliter invicem se cognoscant, ut bene advertit Gonzalez loc. cit. per Jura allegata. Ratio est; quia Matrimonium novo consensu ratificasset, & consequenter ineparabile effectus, de Jure præsumuntur.

Resp. III. Si impugnatur Matrimonium ob Impedimentum Consanguinitatis, Affinitatis, aut publicæ Honestatis, prius omnium accusari possunt & audiuntur parentes, & his deficientibus, fratres & sorores, ac alii Consanguinei propinquiores; quibus omnibus deficientibus etiam extranei antiquiores, & veraciores, præsertim de vicinia. Communis ac certa, textu expresso can. 1. caus. 35. q. 6. ibi: Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem compute, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est, pater, mater, frater, soror, patruus, avunculus, amita, matertera & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota est, Episcopus Canonice perquirat. Concordat can. 2. eod. caus. & q. juncto c. videtur. 3. h. t. ubi etiam causa allegatur illis verbis. Ideò enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus, & choris, tum etiam ex recitatione Majorum scire laborat.

Solvitur quoque ibidem Objectio sequentibus verbis: Quòd verò legitur, pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus causis & contradiotionibus verum est: in Matrimonio verò conjugendo, vel disjungendo, ex ipsius conjugii prærogativa, & quia favorabilis res est, congruè admittuntur.

Resp. IV. Si Matrimonium ex alio Impedimento, cui conjuges renuntiare non possunt, v. g. ex defectu Patris, & testium, ob profusionem Religiosæ, et si nulli, & omnes tam extranei, quam consanguinei, etiam conjuges ad accusandum admittuntur.